



VLYSSIS  
ALDROVANDI  
PATRICII BONO-  
NIENSIS  
DE  
QVADRVPEDIBVS  
SOLIDIPEDIBVS

Volumen Integrum.

JOANNES CORNELIVS  
VTERVERIVS

*In Gymnasio Bononiensi Simplicium medicamento-  
rum Professor collegit, & re-  
censuit.*

HIERON. TAMBVRINVS  
in lucem edidit.

*Cum Indice copiosissimo.*

◀§)o(§▶

*Cum Gratia & Privilegio S. Cas. Maj.*



FRANCOVRTI,  
Typis Ioan. Hoferi, impensis Ioannis  
Tredel, Anno 1623.



Ex eodem de Monocerote  
quædam.

**I**DEM Franciscus Ferdinandus recitatis cum veterum, tum recentiorum super monocerote testimoniis, quæ tribus exceptis, Pauli Iouii & Ioannis de Hese presbyteri Traiectensis, quem alioqui mendacem esse profiretur, & Nicolai de Comitibus Venetus, miratur sanctissimum æque atque eruditissimum virum Ambrosium scripsisse aliquando: *Cornua quomodo possit unicornum, cum ipse unicornus inter generationes ferarum (ut periti aiunt) non immutatur. Cum tamen certò certius sit, non modò animal prædicta forma; peculiari nomine vnicoine dictum, existere in rerum natura; verum pleraque etiam alia vnicornua animalia, veluti boues vnicornes Indici, de quibus Plinius: In India & boues vnicornes solidis vngulis vnicornes. Solinus, sunt præterea boues vnicornes solidis vngulis, nec bifidis. Sic ut & in Aonia, quæ montana Bæotiarum pars. Oppianus de cauris agens:*

*Solipedes sunt Aoniæ varium genus vnicornes  
Et ex media cornu exitum artollunt frontes.*

Lib. 11. de  
benedictio-  
nibus.

Lib. 1. de  
Vinas.

Lib. 6. de  
hel. Gall.

Boues item in Hercinia Germaniæ sylua, quos ita descripsit Cæsar. *Cervi figura cuius è media fronte inter aures vnun cornu existit celsius magis que directum huius, quæ nobis nota sunt, cornibus, ab eius summo sicut palma ramique latè diffunduntur. Sunt & affini Indici vnicornes; sunt & rhinocerotis: non ergo possunt vnicornua animalia inter generationes ferarum non inueniri; sed cur dixerit isthæc sanctissimus doctor, si nos forte quia infirmioris sumus iudicii adhuc latet, aliis clarioris ingenii scriptoribus perscrutandum relinquere satis erit. Sic ille. Nunc quæ de Monocerote Iouius, & Iohannes de Hese scribunt, recitemus. Hic itaque in suo itineratione (quod tamen totum, inquit Ferdinandus, innumeris ac portentosis scæter mendacis fabulisque) de quodam agens fluuio, qui à Sinai monte quatuor dierum itinere distat, isthæc inuista & crassa (ut aiunt) Minerua (verba sunt Ferdinandus) refert. *Et adhuc hodiernis temporibus, ut dicitur, animalia venenosa intoxicant illam aquam post occasum Solis, sic quod bouina de illa bibere non possunt. De mane vero post ortum Solis venit vnicornus, ponens cornu suum ad prædictum fluuium, expellendo venenum ex illo, ut in die cetera animalia sumant potum, quod idem ipse vidi. Nicolaus de Comitibus Venetus, venenatis rebus remedio esse Monocerotis cornu affirmat, illudque animal reperiri in Mangi Orientalis Indiæ prouincia. Paulus verò Iouius elegantissimus scriptor, de regno agens Gopiano, quod supra Nilum ortum in extrema penè Africa iacet, excelsis montibus, ac densissimis syluis immanium omnis generis belluarum plenis abundante; idem (inquit) affirmat de monocerote, quod animal vnicoine à nostris appellatum, pulli equini forma, colore cinereo, iubata ceruice, hircina barba, bicubitali cornu armatam frontem præfert, quod laeuere candoreque eburneo, & pallidus distinctum spiritu ad obtundenda, hebetandaq; venena mirificam potestatem habere dicitur: cornu enim immisso, & per limphas circumducto fontes exsiccari perhibent, ut salubriter viuat, si inde vitiosa bestia præpoterint, id visio animalis non detrahi, cum vllis insidiis intercipi nequeant; cornu tamen sponte decisum in deserto reperiri; ut in ceruis accidere videmus, qui ex seuela vitium renouante natura, vetus cornu exuunt, venantibusq; relinquunt. Hoc cornu regis impostum mensis, toxica si qua sunt epulis indita emisso statim admirabili sudore conuulsu proderet narrat. Ex his duos vidimus bicubitales brachiali ferè crassitudine: primum Venetius,**

Hist. lib. 18.

**A** quod postea Seruatus Solymanus Turcarum Imperatori donauit, alterum parè prope magnitudine, sed præci a eubide argentea hæc insertum, quod Clesius Venetus Malysia præfetur, pro insigni manere ad Præsescuriam dicit. Cæterum de vi tanta auri in hac animalis nihil plus affirmaverim, quàm quod emulgeto faceret, quibus inales, cum antiquorum auctoritate nemo, quod legimus veterem Aelianum Græcum, quicquam de hac Monocerotis admiranda potestate membra prædiderit. Huculque Iouius. Nicolaus de Comitibus Venetus in suo itineratione cuiusdam mentio potestosi animalis (forte illud asinus Indicus, quæ enim sortitum sit nomen, non declarat hic author, licet Maiolus Rhinocerotem nominasse aliud agens dicat, *Dier. Cantic. 1. p. col.*) hic igitur scriptor, Mangi Orientalis Indiæ describens prouinciam, *Est ibi etiam, ait, quoddam animal caput habens potestosi, nuda caudam bouina, quam cum brachia longius, color illi & proceritas velut elephanti, cum quo illi perpetuo in bellum, cornu illud opus dicitur venenata rei remedia esse, quæ de rano, a magno est in pretio. Vulgò certe creditur ab omnibus cornu huius vnicornii dicti talem inesse naturalem vim, ut venena a cibo expellat, vel potu, & ideo in magno vbique gentium estimatione est. Vidimus nos Romæ duo, Clementis VIII. P. O. M. E. alterum, alterum verò ipsius nepotis illustrissimi principis Petri Cardinalis Aldebrandini, quæ quidem inter pretiosam virtusque supellectilem non minimo habebantur in pretio: vtrumque bicubitali longitudine, brachiali crassitudine. Videramus iam prius aliud Toleti in pharmacopola illius taberna, cui regio munere concessum, ut theriaca solus conficiat; quod tamen multò erat breuius; vix enim palmum cum semisse implebat, & nigrius alius, acutè quidem cuspidis, sed adeo crassum, qua parte erat rescissum, ut vix tribus pollicem palmis orbis eius circumscribi. Hoc verò cornu ingenue falsus mihi est pharmacopola vnicornii non esse, talem ei inesse naturalem virtutem experimento se comperisse affirmauit, ut præsentem contra venena omnia vim haberet; qua de causa illud ipse sibi ad conficiendum theriaca comparauit: cuius rei fides sit penes authorem: Et quicquid sit de medica asini Indiæ virtute, (Vnicornii enim proprie dicti cornu haud puto talem inesse potestatem; non enim tot latuisse veritatis & arcanorum naturæ diligentissimos indagatores antiquos) cornua certè, quæ sub hoc nomine circumferuntur, neque monocerotis neque Indici asini, sed neque rhinocerotis etiam esse puto, sed vt plurimum piscis potius cuiusdam, qui in Septentrionali plaga reperitur, Monocerotis dicti, eò quod vnicum in fronte maximum cornu habeat, de quo Olaus Magnus. Monoceros est monstrum marinum, habens in fronte cornu maximum, quo naues obuias penetrare possit, ac destruere, & hominum multitudinem perdere, sed in hoc pietas diuini numinis nauigantibus prouidit, cum ferox sit hæc bellua, tarditas sua quam habet maximam, præuisa timentibus eius accessura fugam concedit. Cuius etiam piscis meminit in monocerote Albertus Magnus, & alii quid de piscibus copiose tractarunt. Non itaque nos circulatorum cornua venditantes Monocerotis circumueniant, si huius venditant piscis cornua; ab illorum tamen emptione sensatus quisque, ni suas in casum abire pecunias velit, abstineat, necesse est. Hactenus Ferdinandus, qui itidem pulcherrimè examinatis de monocerote & rhinocerote scriptorum auctoritatibus, num monoceros rhinocerotis idem sit, disputat, vt in rhinocerotis historia Deo concedente apparebit.*

**B**

**C**

**D**

Lib. 11. c. 10.



CATAR

Gg

APPEN-

APPENDIX ALIA AD HISTORIAM  
de Elephante.

**U**NTER cetera quæ habeo in museo rariora, A fragmentum est dentis elephantini, sed longè durioris substantiæ, colorisque non ut ceteri dentes, albi, sed ferè buxi. Donabat id Vir fide dignus, idemque aliquot editis de re medica operibus eruditissimis clarissimus D. Ioannes Cecchius, in hoc almo gymnasio professor publicus, atque archiater pontificius, qui non dentis partem esse affirmabat, sed citarhum in tam duram substantiam conuersum cum è capite elephan-

tis destillatione laborantis in dentis concavitatem (qua enim capiti dens inseritur, cauus est) exciperetur, id quod stillæ ipsæ instillas iis non absimiles, quas brumali tempore ex tectis pendere cernimus, immutatæ, mihi aliisque, quibus cathartici diuersi effectus non ignoti sunt, facillè persuadent, ipsaque pictura intuentibus indicat.

9



CATAR.

Asinus Cornutus. 1.




Zebra Indica. 4.



Elephas. 5.



Micornu Ducis Mantuae. 2.



Micornu Sigismundi Regis Poloniae. 3.



Catarrhus Elephantanti lapidescens. 6.

TABVLA. I.  
Equus electior, præ cæ-  
teris spectatissimus. 1.



Caii Iulii Cæsaris equus. 2.



Pullus auribus pendulis. 3.



Pullus facie humana. 4.



Equus lacerata cute. 5.



Equuleus quinq; pedibus. 6.



Onocentaurus. 7.



Unicornus Regni Polonie. 3.

Carnivorus Lepidus.